

frontem enim solus Episcopus vngit in
Confirmatione. De consecra. dis. 5. Can.
Nouissimè.

45 ¶ Sed est dubium. An Aqua, qua quis
Baptizat, debeat esse sanctificata, nec ne? Ad
hoc resp. S. Bonau. in. 4. d. 3. Et Angelus in
ver. Baptis. 4. Et Sil. in verbo, Bap. 2. q. si
occurrit necessitas, non peccat Sacerdos Bap-
tizans aqua non sanctificata, si autem absq;
necessitate Sacerdos Baptizet Aqua non
sanctificata, peccat mortaliter. Si autem qua-
ratur, quæ sanctificatio sit ipsa quæ requiritur?
Sil. vñ dicere, q. debet sanctificari per ora-
tionem Sacerdotis, & Chrisma nouum, hoc
est, illius anni, dure loquitur: Angelus tamē
dicit, q. per orationem Sacerdotis sufficit,
q. sanctificetur aqua, ad hoc, vt non peccet
mortaliter sic Baptizans absq; necessitate.
Idem dicit S. Bonau. Securius tamen est nō
occurrente necessitate Baptizare cum aqua
sanctificata per Sacerdotis orationem, &
Chrisma nouum. Nec prætermittat aliquis
infundere Chrisma in vas non adeò conue-
niens, sicut ipse vellet. Hæc dixerim, eo q.
audiui ab aliquibus prætermitti Chrismaris
infusionē, propter huiusmodi irreuerentiā.

Timent